

initio pollicitus : non tñ ut commonefacerem quid fieri á te
oporteret : q̄ ut te ipsum ostenderem tibi . qui si naturā
sequeris ducem : nihil monitore opus habes ad summā uir-
tutum optinendam : nisi enim á te ipso deficias : præcla-
ra de te omnia policeri indoles tua uidetur . Laudes au-
tem siquas tribuere tibi sum uisus : ita á me uelim acci-
pias / ut magis illas calcar ad benefaciendum existimes
q̄ benefactorum premium eē . Adniti igitur summis ui-
rib' te conuenit : ut eum te præstes uirum qui his tam
generosis adolescentiæ tuæ primordiis digne respon-
deat : ne aut tu naturæ munerib' male usus : aut illa i-
te tam egregia indoles mentita uideat̄ . ne uē ego siquā
mea causa tangeris : aut fallus de te uates : aut uanis
predicator extiterim . Si probe itaq; gesseris : habebis
quidem ab omnib' præsentem laudem : á me uō etiam
litteris : siqua nobis eiusmodi facultas erit posteritati
cōmendabere . Si minus / unus ero / qui audeā plane di-
cere : idq; palam fateri : nihil tibi nisi te ipsum uideri
defuisse .

T E X O S

PETRI . PAULI . VERGERII . DE . IUSTI
NO . POLI . LIBER . EXPLICIT . FEL-
CITER . VALE .

Oro illu^{me} ac Doctissimæ Ippolyte Marie Ducisse Cala-
bricæ Ill^{ma} mediolan. Ducis filie ad Sanctissimum
Dominū Pium papam .
TANTA esse huius sanctissimæ Sedis auctoritatē
Beatissime pater sæpius audiui . ut nemo unq̄ quouis
ingenii : eloquētis : dignitatis : illam oraturus adierit
qn̄ trepidus oratoris officio functus sit . Nimirū igit̄
si cui etas : sexus : imbecillitasq; ingenii / pudorem
pariter atq; uerecondiam afferunt : apud te præserti

qui grauissimorum omnium consensu doctissimus atque sapien-
 tissimus iudicaris, rubore suffusa: non modo non alloqui: sed
 ne firma quidem oculorum acie tuam audeam suspicere scintillam.
 Vix quod et accepi pariter te felicitate summa, humanitate,
 benignitate, clementia praeditum, et quod parentum exequi
 iussa sanctissimum arbitror. Et si uevecunde ac trepide
 inunctum nonnihil dicendi munus aggrediar, aduentus
 nostri causam primum, dehinc deuotionem: tandem desyre-
 rium uel breuissima oratione explicatura. Vbi enim acci-
 pimus Beatorum tuam: et hoc amplissimum solium sublimata:
 tanta repente inclytos parentes meos uniuersamque fa-
 miliam uoluptas inualit: ut nunquam posse nobis quicquam
 propius ad felicitatem accedere existimaremus. Tu
 ob ingentem familiae nostrae spem: tuam uel maxime
 ob publicam christianae religionis utilitatem, quippe
 qui te uelut sydus quoddam ad regendam periclitatam
 ac pene submersam petri nauiculam caelo demissum esse
 arbitraremur, Te enim non fauoribus, aut gratia, sed uir-
 tute summa ac sanctimonia in tanto christiana rei dis-
 crimine: optimam gregi dominico pastorem datum esse non
 abre iudicant, sed quid ego laudes tuas attingere
 audeo, ut scilicet aureas illas, ac pene diuinas, enneas,
 aut luteas uerbis incomptis ac puellaribus reddam: Cum
 igitur audiuimus in hac urbem officium tuam sanctam insti-
 tuisse, instituerunt quoque et ipsi parentes mei, te coram
 uenerari, colere, adorare: et ipsa quoque quod mihi facul-
 tas data fuerit: hos beatissimos pedes osculari: felici-
 tatem mihi nactam esse uel amplissimam puto. Et quoniam
 saluatoris nostri uicem geris in terris: multam tibi mor-
 tales reuerentiam debent: multamque obedientiam exhi-
 bent, sed id tibi persuadeas oro neminem pro tua sanctaeque
 Romano ecclesiae dignitate, aut comodo, uehementiori sui-

dio: ardentiori; desyderio: obsequentiozem parentibus
ipsis promptiozem; fore. Ego uero cum fortunay nihil
habeam proprium / uoluntatem / que libera e / tua et
deuoueo et dedico sc̄itati. Reliquū est ut Ill^{mos} ge-
nitores meos / germanos / me / remq; omnem nr̄am facia
his sc̄itatis tuis pedibus commendatos.

Responso sc̄tissimi Domini nr̄i Pape Orōni predictē.

HABVISTI dilecta filia coram nobis orationem ele-
gantem: tersam: et iocundissimā: admiramur te: inge-
nium: et uirtutem tuā. gaudeat mater tua presens:
et p̄r tuus absens. qui te talem genuere parentes. q̄d
nos tantop̄ supra ueritatem laudas: tuā beniuolentiā
ascribimus. q̄d parentes pares laudasti / tuā modestiā
attribuimus. q̄d aut nobis deuoti sint deuotioni eor̄.
Nos et in Reueren^m. fratres nr̄i sc̄te Ro. eccl̄ie car-
dinales abunde respondemus. Tibi uero deus benedi-
cat: et nos benedicamus tibi.

22. fox.



